

*Ex diuersis.*

nō haberet. Malens tamē iquetare se q̄ illos. capitulum itrat. i scāp no se ponit. et de iunco capitale instruit sibi. Necdū obdormierat. et ecce virgo omi spēcie pulchrior obsequentiū a luia preferenti bus alijs duabus ingredit̄. Aggre ditur monachuz an dormiat susci tatur. Vigilare se dicit. Qui et ip se qd̄ ibi facere velint. cur contra morem a maxime nocte intrauerūt securus inquit. At illa Ego sum inquit maria. cuius es tu a domus ista. et omnes et omnia que sunt in domo ista et in ordine isto. Por tabat aut̄ vas vitriuz ad nares su as tanq̄ odorē captans ex eo. Dixitq̄. Visitavi hodie mōachos meos in agro. sudorēq̄ eorū col legi mihi i vase isto. Et hic odor optimus coram me a filio meo. di gne utiq̄ remunerāndus premio o portuno. Tuq̄ ille O pia dña. Quid tibi tāti est labor noster qui sit nō tam deuotione humilitatis q̄ ne cessitate inopie. At illa inquit. Tu ait non audisti quia voluptas ha bet penam. et necessitas pariat co ronaz. Et si coronaz parit necessi tas. sed iam partem acāpit volū tas. Siue ergo necessitate. siue vo luntate. qd̄ agiūs meum est. Oia vestra mihi vēdico. ego suscipio ego remunerō. Dñs dictis dispa ruerūt ille. et ille obdormiuit hua uiter utiq̄ sic aiat? i spē. sic cōfor tatus in fide. volūtarius in labore. Mane fcō refert letus a cōpūctus abbati. abbas ouentui. Letati sūt oēs crederūt ōnes. et pro graui

*Di. nona.*

tate persone nemo dubitat. Accen duntur ai oim. singuli feruēt ad opus. laborātes et sudantes in tm̄ vt si maria demum abesset posset i plere vas suum. Sic ludere solet dulcis maria cum pueris suis. sic in visu ostendens se illis. bonū pa cis et gratie afferens illis. Audi ant̄ hec mansueti a letentur. pusil lanimes et confortentur. pigri et exātentur. alacres currant nō las sentur. oēs cristo a marie bēt glo riam et ab ipsis vicissim hauriant gratiam. *Locutio .ciii.*  
*Legitur in scala celi q̄ fuit q̄ dam sacerdos deuotus qui celebra ta missa retro altare vidit diabolu scribētez in pergameno longissio. Cumq̄ pergamenum ei deficeret cepit cum tentibus ampliare mō sutorū. vt maiorem posset recāpere scripturaz. Ad quē accedens sacer dos in virtute ihesu cristi diabolo precepit. vt in presentia populi di ceret. qd̄ ibi scripsisset. Rndit be mon. Dic scripsi oia peccata men daia. betractiones. aspectus im pludicos. cogitationes immūdas. vanitates. et oia peccata populi tui que hodie in ista ecāa cōmiserunt. quia hec facta in ecclesijs multum deū offendūt. a letificāt nos inimicos dei. Tunc sacerdos as sumpto pergameno et peccatis le ctis populo nunciāuit. Cumq̄ ad monitionez sacerdotis perfecte fu issent confessi. illa tota scriptura fuit de pergameno deleta. Et sic demō confusus recessit. *cy*  
*Rex qdā āglie bñs tres filios**

M A G N V M  
S P E C V L V M  
E X E M P L O R V M

EX PLVS QVAM OCTOGINTA AV-  
toribus pietate, doctrina, & antiquitate veneran-  
dis, varijsq; historijs, tractatibus, & li-  
bellis excerptum,

Ab Anonymo quodam, qui circiter annum  
Domini 1480 vixisse deprehenditur.

Opus varijs notis, Auctorumq; citationibus illustratum, & quamplur-  
mis exemplis locupletatum & auctum, qua stellula\* signo digno-  
scuntur studio R. P. IOANNIS MAIORIS  
Societatis IESV, Theologi.

Editio postrema omnium commodissima, in qua singula exem-  
pla ad suos titulos, seu locos communes ordine Alphabe-  
tico distributos, apta serie reuocata inueniuntur.

Cum tribus indicibus vtilissimis.



COLONIAE AGRIPPINAE,  
Sumpibus CONRADI BVTGENII.

Anno M. DC. XI.

Cum gratia & privilegio S. Cæsaris Majest. ad decennium;

## EXEMPLVM IV.

*Ecclesiam frequentans diues efficitur,  
laborioso vicino eiusdem officij ad  
indigentiam perueniente.*

**D**vobus calciamenta facientibus, & iuxta se laborantibus, vnus quidem habebat filios multos, & vxorem, & patrem, & matrem. Vacabat verò Ecclesiz sine intermissione, & omnes propter Deum alebat de arte sua. Alter autem in quamuis doctior illo esset, eo quod non permaneret in ecclesia, sed etiam dominicis diebus laboraret, nec scriptum tantum nutriti valebat. Inuidebat ergo iste vicino suo, & vna vice non sufficiens inuidiam, dicit ei cum ita Vnde tu sic diues factus es? ego verò vacans plus quam tu arti meæ in paupertate deueni. Dicit ergo ei volens facere eum vacare ecclesiz, Inuenio prætiū in terra, & inde paulatim diues factus sum: sed si vis semper voco te, veni mecum, & quicquid inuenerimus accipies dimidium. Cum ergo ille adquiesceret, & sequeretur eum euntem ad ecclesiam, sine intermissione benedixit ei Deus, & diuitem fecit. Propter hoc ergo sanctus Patri archa fecit illum bonum consiliariū Presbyterum tanquam dignum, erat enim lector. (Ibid. §. 48.)

## EXEMPLVM V.

*Ecclesie locum fabulationibus profanarum à demone sacerdos peccata scribi vidit.*

**L**egitur in Scala cœli, quod fuit quidam sacerdos deuotus qui celebrata missa retro altare vidit diabolum scribentem in pergamento longissimo. Cumque pergamentum ei deficeret cepit cum dentibus ampliare more furorum, vt maiorem

posset recipere scripturam. Ad quem accedens sacerdos in virtute iesu Christi, diabolo præcepit vt in penitentia populi diceret quid ibi scriptisset. Respondit dxmon: Hic scripsi omnia peccata, mendacia, detractiões, aspectus in pudicos, cogitationes immundas, vanitates, & omnia peccata populi tui quæ hodie in ista ecclesia commiserunt, quia hæc facta in ecclesijs multum Deum offendunt, & iustificat nos inimicos Dei. Tunc sacerdos assumpto pergamento, & peccatis lectis populo nunciauit. Cumque admonitionem sacerdotis perfecte fuissent confessi, illa tota scriptura fuit de pergamento deleta. Et sic dxmon confusus recessit. (Ioannes Iunior ordinis Prædicatorum. Vide etiam tit. Dedicatio. Tit. Arrianus & tit. Dedicatio exemplo 2. tit. Conuersio. exemplo 21. Et tit. Capitulum.)

## ELEMOSYNA.

## EXEMPLVM I.

*Mercedem suam in hac vita recipere noluit, qui dominis suis inuitis annuam pensionem soluit.*

**D**icebant sancti seniores patres de quodam monacho iam seniore in Scythia eremo commanente, quia seruus quorundam erat, & per singulos annos descendebat de eremo in Alexandriam, vbi commanebant Domini eius, deserens eis pensionem, sicut solent serui facere Dominis suis. Sed Domini eius magis reuerentiam pro timore Dei habentes eum, honorabant occurrentes, & salutantes eum, petentesque eum vt pro eis Dominum exoraret. Ille autem mittebat aquam in peluim, & festinabat lauare pedes Dominis suis, cum omni humilitate obsequium eis cupiens exhibere. Ipsi vero non adquiescebant, vt pedes eorum ablueret, sed dicebant ei: Noli beatissime pater

per spiritum, quem in tanto periculo positam, fecit fratrem prædictum ce-  
lerrime ad se vocari. Et cum ille obe-  
dienter ad pastorem tam sollicitum  
cucurrisset, præcepit beatus fratri, vt  
statim detegeret venenum fabricatū,  
quod contra proximum in corde ser-  
uabat: propter quod erat traditus in  
manus inimici. Ille verò territus vul-  
nus detexit, culpā recognouit, & ve-  
niam cum penitentia humiliter re-  
quisiuit. Quo factō absolutus à culpa,  
& imposita penitentia statim viden-  
te sancto Francisco diabolus aufugit:  
ouis verò erepta de faucibus bestię tru-  
culenta, Deo, & beato Frãncisco gratias  
retulit, & in sancta vita vsq; in finem  
meritis pastoris sui perseuerauit. (Ex  
actibus S. Francisci lib. 2. conformita-  
tum fructu 21.

### EXEMPLVM III.

*Pacientissimus B. Martinus blasphemias à Briccio factione diaboli contra se fulminatas, mansuetissimè tulit.*

**Q**uodam die dum sanctus Mar-  
tinus in Arē (que præua admo-  
dum tabernaculum ambiebat)  
in suo sedili ligneo reledisset, vidit  
duos dæmones in excelsa rupe consi-  
stere, inde alacres ac letos vocē istius-  
modi adhortationis emittere. Eia re  
Briccio. Credo te cernebāt miserimi  
eminus propinquātē consej quanium  
illi rabiē spiritus suscitasset. Nec mo-  
ra. Briccio furibūsus irrupit ibi ple-  
nus infania, euomit in Martinū mil-  
le cōiuitia. Obiurgatus enim pridie ab  
eo fuerat, cur qui nihil vnquam ante  
clericatum haouisset (quippe qui in  
monasterio ab ipso Martino nutritus  
erat) equos aleret, mancipia compara-  
ret. Nam illo tempore arguebatur à  
multis, quod non solum pueros, sed  
etiam puellas scitis vultibus coemif-  
set. Quibus rebus infelicissimus insa-  
no felle cōmorus, & vt credo præcipuè

dæmonum illorū agitatus instinctu,  
est, vt vix manibus temperaret. Cum  
quidem sanctus vultu placido, mente  
tranquilla, infelicis amentiam per-  
mittia verba cohiberet, sed ita in eo  
nequā ipinitus redundabat, vt ne sua  
quidem illi (quamuis vna admodū)  
mens subesset, trementibus labijs, in-  
cetroq; vultu decolor præ furore rota-  
bat verba peccati, se afferens sanctio-  
rem quippe qui à primis annis in mo-  
nasterio inter sacras Ecclesie discipli-  
nas ipso Martino edneante creuisset,  
Martinū verò & à principio quod ip-  
se distiteri non posset militiæ actibus  
forduisse, & nunc per inanes supersti-  
tiones, & phantasmata viliorum, ri-  
dicula proflus inter deliramenta se-  
nuisse. Hæc dum multa, atq; alia, que re-  
ticere melius est, acerbiora vomuis-  
set, egressus tandē furore fatiatio quasi  
qui se penitus vindicasset, rabidè ea  
parte qua venerat, recurrebat. Tū in-  
terea credo per Martini orationes fu-  
gatus ab illius corde dæmonibus redu-  
ctus ad penitentiā mox reuertitur, atq;  
ad Martini se genua prostravit veniā  
humiliter potēs, fatetur errorē nec  
sine dæmone se fuisse tādē sanior cō-  
fiteretur. Nec erat apud Martinū labor  
iste difficilis, vt ignosceret supplicati  
Tūc & ipsi, & nobis omnibus sanctus  
exposuit qualiter illum à dæmonibus  
vidisset agitari se cōiuitis nō moueri,  
quæ magis illi à quo essent efflā, no-  
cuissent. Exinde cū idē **Briccius** mul-  
tis apud eū magnisq; criminib; per-  
sepe præmeretur, cogi nō potuit vt eū  
à presbyterio submoueret, ne suā per-  
sequi videretur iniuriā, illud cōme-  
morās. Si Christus luōa passus est, cur  
ego nō patiar Briccionem? (Seuerus  
dulpit. dial. 3. c. 20. de gestis S. Marti-  
ni. Vide etiam tit. Humilitas ex.

4. Tit. Infirmetas ex. 9. Tit.

Confessio ex 20. & Tit.

Dimittere

ex. 5.